

S V M M A
S I V E A V R E A
A R M I L L A

BARTHOLOMÆI FVMI
Placentini, ordinis Prædicatorum,
ac hæreticæ pravitatis In-
quisitoris.

*reuiser strictimque omnia continens, que in iure cano-
nico apud Theologos, & omnes Summas circa anima-
rum curam diffuse dispersæque tractantur.*



102
25673

VICTORIA.
BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
ALBERTI
Handwritten signature: *Joan. Boyerius*

LUGDUNI,
Apud Benedictum Boyerium,

1560.

*Es de Lorenbo vabguaz
natura l de Samora*

2
REVERENDISSIMO D.

D. CATELLANO TRIVULTIO,

Episcopo Placentino, Comitique, Fr. Bartholom. Fumus, Vilau-
ren. Placentinus, ordinis Prædicatorum, ac hære-
ticæ prauitatis Inquisitor,

S. P. D.

* * *



SVMMVS ille rerum omnium artifex Deus optimus, Re-
uerendissime Archimandrita noster, antequam vllas conde-
ret creaturas, in seipso sufficiens, omnem perfectionis plenitu-
dinem, omnem excellentia gradum, omnem denique entita-
tis (vt ita loquar) modum perfectissimè complectebatur. Ve-
rùm quoniam (diuo attestante Dionysio) boni natura hæc
est, vt sese alijs compariet, mundum hunc multifariis re-
rum species continentem, in quibus ipse orbis artifex multū modū suam ostende-
ret maiestatem, plasmare decreuit. Vnde supermundanos primū illos spiritus, tri-
bus Hierarchijs partitos, nouem pariter ordinibus discretos protulit, in quibus in-
exhausta bonitatis specimen depinxit, seq; ab eisdem per intellectualem cognitionem
participandum exhibuit. Dehinc tornatiles calorū globos, radiosum solis iubar,
pallentem Lunam, fulgentia astra, mirabili imposuit harmonia, qua omnia pro-
prijs motibus perpetua lege, congruenter aptauit. Quatuor postmodum, finxit ele-
menta, ignem videlicet, aerem, pontum, & aridam, in quibus animantia quæquæ
præcipue hominem ad ipsius Dei optimi imaginem formatum, collocauit. At ne mi-
seri mortales improba vrgerentur fama deperirentque, lubricos vndis pisces, dulcia
arboribus poma, virentia campi gramina producere mandauit. Sicque factum est,
vt mundus iste ita exanimus, & perpulchre compactus fuerit, vt melius rectiusq;
feri nequiverit, quandoquidem superuacuanum, vel otiosum nihil sit reperiri, no-
que necessarium quicquam in eo deesse contingat. Vnde sit, vt creatura omnes, &
qua præsertim ratione vigent, authorem suum toto virtutis conamine studeant
imitari: ita siquidem, vt gratiam, & bonitatem, quam à Deo optimo gratis acce-
perūt, gratis impartiantur, ne cum extremo vitæ termino ante tremendum Dei trî-
bunal steterint, Vt quid pecuniam meam in sudario repositam seruaſti, audire co-
gantur. Igitur iuxta virium mearum mensuram aliquid commodi alijs afferre cu-
piens, laborem hunc haud paruum, humerū meū certè imparem, animarum me ar-
dore stimulante, lubenter assumpsi. Conspiciens itaque in enucleandis conscientiæ
casibus summæum lata volumina, perplexas materias, opinionum varias sententi-
as, multiplices distinctiones, infinitas Doctorum citationes, & prolixam disputatio-
num seriem, legentium animos ad nauseam prouocare, quampluresue sacerdos dis-
putationibus non assuetos, à veritate iuunos relinquere lassasque eorum mentes
confundere, librum hunc, quem Armillam Auream appellare dignum duxi, sum-
mo studio, nec minori labore edere curavi. Armillas in manibus mulieres Hebraeæ

3

R E V E R E N D I P A -
T R I S F R A T R I S B A R T H O -
L O M A E I F V M I, V I L L A V R E N .

*Placentini, Prædicatorie familie professoris,
prauitatisque hereticæ In-
quisitoris,*

A V R E A E A R M I L L A E
P R I N C I P I V M .

* *



1 **A**BBAS debet annum vigesimū quintum incæpisse . cle. generalē. 4 de ætat. & quali. ord. & esse presbyter. extra. c. ti. c. j. & à monasterio, cui debet præfesse, eligi. c. abbatem. 18. q. 2. de eodēq; monasterio, si ibi sit persona idonea, eligi, aliàs de alijs monasterijs. eadē q. c. quān sit. & Panor. in c. cū monasterium. de elect. Non professus, vel alterius religionis, eligi non potest, quāuis postulari. Debet à prælato immediatè superiori confirmari secundū Host. & ab Episcopo diocesano benedici, nec ante benedictionem debet ordinare. c. quoniam videmus. d. 69. si tamen cōsuetudo est, quod benedicatur: secundū quosdam.

2 Abbas non potest præesse, vel pertinere simul ad duo monasteria, nisi vnum sit sub alio, vel ad aliud pertineat. de relig. dom. c. vlti. fin.

3 Abbas potest facere, quæ ad officium suū pertinent, si Episcopus ter-

tiō requisitus cum humilitate, recuset eum benedicere. de sup. neglig. præla. c. 1.

4 Abbas non potest renunciare exemptioni suæ. de arbit. c. cum tempore.

5 Abbas potest absolvere monachos suos ab omnibus peccatis, & cæsuris, nisi specialiter alteri de iure reseruentur secundū Innoc. in c. nuper. de sen. exc. & Tho. in 4. sen. d. 18. q. 2. a. 1. q. 1. & Arch. Flo. 3. part. titu. 25. c. 77. Panor. tamē in c. monachi. de sen. exc. tenet contrarium, contra communem opin. prædictorum, & aliorum multorum Doctor. Sunt etiam inspicienda eorum privilegia super huiusmodi.

6 Abbas presbyter benedictus, vel recusatus ab Episcopo, potest conferre omnes ordines minores in suo monasterio, & suis monachis, seu illis, qui ut efficiantur monachi, illuc accesserunt, omnibus etiā secularibus, super quibus habet quasi Episcopale iurisdictionē, & etiā in alio monasterio, si est inuatus ab eius Abbate, & illud monasteriū sit exemptum, potest conferre, aliàs non secundū d. Amo. post